

dian *Cress.* In hortis apud nos colitur. Æstate floret. *Ufu & Viribus* cum priore convenit.

SECTIO UNDECIMA.

De Herbis Asperifoliis.

Herbæ Asperifoliæ sunt quibus folia in caulibus alterna, flores monopetali, marginibus quinque-partitis, incisuris aliis profundioribus, aliis levioribus; singulis autem floribus quatuor plerumque succedunt semina, Raii Hist. p. 488.

Sunt vel feminibus ad singulos flores,

Quaternis, Perianthio

Oblongo, integro, foliis maculis albis variis: *Pulmonaria.*

Breviore, & ad modum floris expanso; feminibus

Asperis & lappaceis, foliis mollibus & graviter odoratis: *Cynoglossum.*

Rugosis, caput viperinum aut galeam referentibus, flore

In quinque lacinias totidem folia imitantes diviso; radicibus

Albis, florum laciniiis

Obtusis, & subrotundis; foliis longis, acutis: *Buglossa.*

Acutis, foliis brevibus, & latioribus: *Borago.*

Rubris: *Anchusa.*

Corniculato; parte superiore longius excurrente, inferiore brevior: *Echium.*

Lævibus non splendentibus floribus in spicis longis, recurvis: *Heliotropium.*

Splendentibus, & velut politis floribus

Cylindraceis tubulosis; foliis amplis, longis: *Symphytum.*

In quinque lacinias expansis, feminibus duris: *Lithospermum.*

Binis, flores cylindraceo, tubuloso, folio glauco: *Cerinth.*

I. De Pulmonaria.

Notæ sunt, Perianthium oblongum, integrum, folia maculosa, R. Synop. 75.

A. 1. *Pulmonaria maculosa*, Offic. Ger. 662. Emac. 808. Raii Hist. i. 488. Park. Parad. 448. Phyt. Brit. 100. Mer. Pin. 99. *Pulmonaria Italorum* ad Buglossam accedens, J. B. iii. 595. Tourn. Inst. 136. Elem. Bot. 113. Dill. Cat. Giff. 38. *Symphytum maculosum* sive *Pulmonaria latifolia*, C. B. Pin. 259. Hist. Oxon. iii. 444. Pluk. Almag. 358. *Symphytum maculosum* sive *Pulmonaria*, Chab. 518. *Sage of Jerusalem.* In hortis colitur. Aprili floret. Ufu. Folia. Vires. Pneumonica & cardiaca censetur. Consolidat, & glutinat. Ufus ejus præcipuus est in ulceribus pulmonum, aliisque eorundem affectibus, phthisi, expuitione sanguinis, &c. Extrinfecus in vulneribus, R. H.

A. 2. *Pulmonaria foliis Echii*, Cod. Med. xcv. Chomel. 86. Ger. 662. Emac. 808. Raii Hist. i. 489. Synop. iii. 226. Tourn. Inst. 136. Elem. Bot. 113. Boerb. Ind. A. 193. Merc. Bot. ii. 30. Phyt. Brit. 99. Mer. Pin. 99. *Pulmonaria angustifolia* rubente cæruleo flore, C. B. Pin. 260. Hist. Oxon. 444. *Pulmonaria Batavica* maxima foliis longioribus, maculis majoribus conspersis, ejusd. *Pulmonaria angustifolia*, Park. Parad. 248. *Pulmonaria rubro flore*, foliis Echii, J. B. iii. 597. *Pulmonaria angustifolia altera*, rubro flore, foliis Echii, Chab. 519. *Symphytum maculosum* seu *Pulmonaria maxima*, foliis quasi saccharo incrustatis, Pluk. Phytog. 227. Almag. 358. Raii Hist. iii. 266. *Symphytum maculosum* sive *Pulmonaria angustifolia*, rubente cæruleo flore, Pluk. Almag. 259. *Parrot-leav'd Sage of Bethlehem.* In hortis quoque colitur. Maio floret. Ufu. Folia. Vires. Cum præcedente convenit.

II. De Cynogloss.

Notæ sunt, Semina aspera, lappacea, compressa, extremitatibus acutis, sursum ad stylum directis.

A. *Cynoglossa*, Offic. *Cynoglossum*, Ger. 659. Raii Synop. iii. 226. *Cynoglossum vulgare*, J. B. iii. 598. Raii Hist. i. 489. Dill. Cat. Giff. 89. *Cynoglossum majus vulgare*, C. B. Pin. 257. Ger.

Ger. Emac. 804. Park. Theat. 511. Hist. Oxon. iii. 448. Buxb. 91. Tourn. Inst. 139. Elem. Bot. 116. Mer. Pin. 32. Merc. Bot. i. 31. Phyt. Brit. 33. Boerb. Ind. A. 192. Rupp. Flor. Jen. 9. **Hound's Tongue.** Ad vias, Junio floret. *Ufu.* Radix, folia. Radix oblonga est, crassa, extus fusca, intus albicans, saporis satui, mucosi, aliquando subdulcis, saporis graviusculi. *Vires.* Refrigerat, siccat. *Ufus* in sistendo fluxu alvi, Gonorrhœa, ac Catarrhis exsiccandis: Sanguini etiam sistendo. Strumas & Schrophulas sanat, & ad omnis generis ulcera & vulnera conducit, R. H. p. 490.

Populus medicorum uno ore vim soporiferam attribuit Cynoglossò, nullum tamen ejusmodi ejus virtutem adhuc observare potuit D. Fuller.

III. De Boragine.

Hujus notæ sunt, Semina rugosa; flores stellati, laciniis acutis, apicibus in umbonem acutum cœmentibus, R. H. p. 493.

A. Borago, *Offic.* Borrage, Park. Parad. 249. Chab. 515. Borrage hortensis, Ger. 653. Emac. 797. Raii Synop. iii. 228. Hist. Oxon. iii. 437. Borrage floribus cœruleis, J. B. iii. 574. Tourn. Inst. 133. Boerb. Ind. A. 188. Borrage floribus cœruleis & albis, Raii Hist. i. 493. Buglossum latifolium, Borrage, C. B. Pin. 256. **Borrage.** In hortis. Junio & Julio floret. *Ufu.* Radix, herba, & flores. *Vires.* Cordialis est è præcipuis, hinc ille versiculus:

Dicit Borrage, gaudia semper ago.

Flores inter quatuor cordiales famulos recensentur. Præparatis tribuunt vim roborandi cor (& muniendi in febribus pestilentibus, & ictu serpentum, aliisque venenis.) lipopsychiam removendi, lætitiâ melancholicis excitandi, ac sanguinem depurandi, R. H. Succum expressum commendat Boerhavius, tum in omni morbo inflammatorio, Podagrâ, Phrenitide, Paraphrenitide, & Peripneumonia. Flores è quatuor floribus cordialibus: Solatium ferunt omnibus tristibus.

IV. De Buglossò.

Efus notæ sunt, Semina rugosa; flores in quinque segmenta obtusa, seu orbiculata expansi, R. Syn. p. 75.

A. 1. Buglossum, *Offic.* Park. Parad. 249. Buglossum vulgare, Raii Hist. i. 495. Chab. 515. Buglossum vulgare majus, J. B. iii. 578. Buglossum angustifolium majus, C. B. Pin. 256. Tourn. Inst. 134. Boerb. Ind. A. 188. Buglossum perenne majus sativum, Hist. Oxon. iii. 438. Buglossa vulgaris, Ger. 655. Emac. 798. **Bugloss.** In hortis. Junio & Julio floret. *Ufu.* Radix, folia, flores: Sunt hi è numero quatuor florum cordialium. *Vires* easdem obtinet, quas Borrage. Flores scilicet insignem habent usum in melancholicis & hypochondriacis affectibus, R. H. p. 493.

A. 2. Buglossum sylvestre, *Offic.* Buglossum sylvestre minus, C. B. Pin. 256. Park. Theat. 765. Tourn. Inst. 134. Boerb. Ind. A. 188. Elem. Bot. 110. Buglossum sylvestre asperum minus annum, foliis undulatis, Hist. Oxon. iii. 439. Buglossa sylvestris minor, Ger. Emac. 799. Raii Hist. i. 494. Synop. iii. 227. Merc. Bot. i. 24. Phyt. Brit. 17. Mer. Pin. 17. Echium Fuchsi seu Borrage sylvestris, J. B. iii. 581. **Wild Bugloss.** Inter segetes. Junio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit.

V. De Anchusa.

Anchusa ab Echio, Buglossò, aliisque congeneribus radicis sanguines succo differt, R. H. p. 496.

A. 1. Anchusa, *Offic.* Chab. 516. Park. Parad. 250. Anchusa Montpeliana, J. B. iii. 583. Raii Hist. 496. Anchusa puniceis floribus, C. B. Pin. 255. Boerb. Ind. A. 189. Anchusa minor purpurea, Park. Theat. 517. Anchusa, Alciadion, Ger. 656. Emac. 800. Buglossum radice rubra, sive Anchusa vulgati, floribus cœruleis, Tourn. Inst. 134. Buglossum radice rubra, sive Anchusa vulgati, Elem. Bot. 110. Buglossum perenne minus puniceis floribus, Hist. Oxon. iii. 438. **Alkanet.** In hortis Botanicorum alitur. Junio floret. *Ufu.* Radix longa, crassa, & lignosa, cortice rubro colore tingente, saporis astringentis. *Vires.* Radix oleo soluta rubro colore tingit. Petroleo infusam & illitam ad vulnera recientia, & puncturas commendant, R. H. Radix astringit; vulneraria, alexipharmaca, ac uterina est; partum extrahit, renum vitiis, licni, & bile suffusus datur, ad ambusta, ulcera vetera, & ignem sacrum commendatur; demorsis à serpentibus opitulatur.

pitulatur. Radix est valde aperiens, paulò tamen astringens; internè exhibetur in decoctis contra Diarrhoeam, *Boerb. Hist. Plant.* 273.

A. 2. *Anchusa lutea*, *Offic. Ger.* 656. *Emac.* 800. *J. B.* iii. 583. *Raii Hist.* i. 497. *Anchusa lutea major*, *Park. Theat.* 515. *C. B. Pin.* 255. *Anchusa lutea rarior & elegantior*, *Chab.* 516. *Symphytum Echii folio ampliore, radice rubra*, *Elem. Bot.* 114. *Symphytum Echii folio ampliore, radice rubra, flore luteo*, *Tourn. Inst.* 138. *Pelloto Alkanet.* In Germania & Gallia reperitur. Junio floret. *Ufu.* Radix; sed in Officinis Anglicanis nunquam reperitur. *Vires.* Cum Hyssopo & Nasturtio pota latas ventris tineas excutit, *Diosc.*

Tres species *Anchusæ* à *Dioscoride* describuntur; quænam autem plantæ sint, inter Auctores non convenit, aliis eas aliò referentibus. *Cæsalpinus* & *Thalins* *Echium* vulgare eo nomine insigniunt, *Turnerus*, *Dodonæus*, & *Cerdus* duas species *Buglossi* constituunt, quo argumento nescio; cum nota illa characteristica, nimirum quod *radix manus inficiat sanguineo colore*, nulli eorum conveniat. Recentiores Botanici plures hujus plantæ species proponunt, à quibus binæ illæ, quas hic exhibeo, 2da & 3da *Dioscoridis* cum *C. Bauhino* rectè cenferi posse existimo, prima major duntaxat secundæ species esse videtur.

VI. De Echio.

Flore corniculato seu incurvo, & ex angusto principio in latum expanso, superiore parte longius excurrente, inferiore brevior, à reliquis *Asperifoliis* distinguitur, *R. Syn.* p. 76.

A. 1. *Echium*, *Offic. Chab.* 517. *Rivini Irr. M. Dill. Cat. Giff.* 96. *Echium vulgare*, *C. B. Pin.* 254. *Raii Hist.* i. 498. *Synop.* iii. 277. *J. B.* iii. 586. *Hist. Oxon.* iii. 440. *Tourn. Inst.* 135. *Boerb. Ind. A.* 194. *Ger. Emac.* 802. *Park. Theat.* 414. *Rupp. Flor. Jen.* 176. *Mer. Pin.* 34. *Buxb.* 100. *Chom.* 100. *Phyt. Brit.* 36. **Clippers Bugloss.** Secus vias & semitas, Junio floret. *Ufu.* Radix, herba, flores. *Vires.* De hujus viribus nihil certi traditum invenio, *R. H.* p. 498. Ad Epilepsiam, & fervorem radicem sumendam præcipit *Wirtemb.* Lumborum dolores sedat, *Diosc.*

A. 2. *Lycopsis*, *Offic. Chab.* 516. *Lycopsis Egyptiaca*, *C. B. Pin.* 255. *Park. Theat.* 518. *Raii Hist.* i. 499. *Lycopsis Dioscoridis* quibusdam, *J. B.* iii. 584. *Lycopsis Dioscoridis* &

Rauwolfii, *Hist. Lugd. App.* 28. *Echium Orientale* longioribus floribus, *Hist. Oxon.* iii. 441. *Echium ferox Egyptium*, flore carneo, *Boerb. Ind.* 79. *Echium latissimo folio*, *Lycopsis dictum*, flore dilutè purpurascens, *Herm. Hort. Lugd. Bat.* 225. **Wall Bugloss.** Circa Alepum reperitur. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum oleo illita vulneribus medetur, & cum farina hordeacea ignibus sacris: Sudores peruncta movet, *Diosc.*

De *Lycopsi* magna inter Botánicos lis est: aliis nomen illud uni, aliis alteri plantæ attribuentibus. *Matthiolus*, *Lacuna*, *Dalechampi*, & *Castor Durantes* *Cynoglossum* esse volunt; quorum primus *Ruellium* & *Fuchsum* ejusdem opinionis esse ait. Verum *Ruellius* Linguam Canis esse non posse, ut multi sui temporis Herbarii voluerunt, descriptionibus utriusque collatis affirmat. *Cordius* *Echium* vulgare, *Dodonæus* (in editione Gallica) *Buglossum majus*, *Lonicerus*, *Buglossum sylvestre*, veram *Dioscoridis* *Lycopsis* esse autumant, quorum nullius opinioni consentire possum; & plantam à *Rauwolfio* inventam genuinam potius *Dioscoridis* *Lycopsis* esse existimo, quàm præcedentium quamlibet, aut eam, quæ à *C. Bauhino* sub eo nomine exhibetur.

A. 3. *Onosma*, *Offic. J. B.* iii. 586. *Lycopsis*, *C. B. Pin.* 255. *Raii Synop.* iii. 227. *Lycopsis Anglica*, *Ger.* 658. *Emac.* 802. *Park. Theat.* 519. *Echium alterum*, *Merc. Bot.* i. 31. *Phyt. Brit.* 35. *Echium alterum seu Lycopsis Anglica*, *Mer. Pin.* 33. *Echium ramosius annuum* flore sauve-rubente, *Hist. Oxon.* iii. 441. **Stone Bugloss.** In Insula Jerseia observavit eruditissimus D. *Sherardus*, LL. D. *Ufu.* Folia. *Vires.* In vino pota partus extrahit, *Diosc.*

Onosma insuper planta est, quæ Botánicos Auctores in varias sententias distraxit, & quo referenda sit incertos reddidit. *Dioscorides* enim *folia Anchusæ familia habere* scribens, *caule autem, flore, & semine destitui*, magnum altercandi occasionem præbuit. Error hic *Dioscoridis* inde oriri videtur, quod primo post exortum anno eam invenerit, cum folia tantum promit, quemadmodum *Cynoglossum*, *Buglossum*, *Echium*, aliæque id genus plantæ, ad quas & hanc refero, ni *Dioscorides* ipse diversis in Capitibus de iis egisset. Est autem error vulgaris, in quem & alii inciderunt; quomodo enim planta quævis produci potest, si fructu & semine carent? Ab icone, quam exhibet *J. Bauhinus*, & foliorum cum *Anchusæ* similitudine, ad hanc plantam potius retuli.

VII. De Heliotropio.

Seminibus lævibus non splendentibus, floribus in spicis longis recurvis, foliis lanuginosis à reliquis differt, R. Meth. p. 95.

A. 1. Heliotropium majus, *Offic. Ger.* 264. *Emac.* 334. *Park. Theat.* 438. *Raii Hist.* i. 501. Heliotropium majus Dioscoridis, *C. B. Pin.* 253. *Tourn. Inst.* 139. *Hist. Oxon.* iii. 452. *Boerb. Ind. A.* 190. Heliotropium majus flore albo, *J. B. iii.* 604. Heliotropium Herba Canceri, *Chab.* 521. **Turnsole.** In hortis colitur. Æstate floret. *Ufu.* Herba, Semina triangula, brevia, cinerea. *Vires.* Decoctum pituitam bilemque per alvum extrahit; ictis à Scorpionibus prodest. Semen carnis excrescentias reprimat, verrucas peniles tollit; menses & foetus educit.

A. 2. Heliotropium minus, *Offic. Ger.* 264. *Emac.* 334. *Raii Hist.* i. 501. *Park. Theat.* 438. Heliotropium minus supinum, *Tourn. Inst.* 139. *Boerb. Ind. A.* 191. *C. B. Pin.* 253. Heliotropium supinum alterum, *Ejusd.* Heliotropium minus quorundam, *J. B. iii.* 605. Heliotropium humi fusum flore minimo, semine magno, *Tourn. Carol.* 7. **Small Turnsole.** In hortis etiam colitur. *Ufu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

VIII. De Lithospermo.

Notæ sunt, Semen lapideum splens, flores in quinque segmenta expansi, R. Synop. p. 76.

A. Lithospermum sive Milium Solis, *Offic. Chab.* 518. *J. B. iii.* 590. *Raii Hist.* i. 503. *Synop.* iii. 228. *Merc. Bot.* i. 48. *Phyt. Brit.* 69. Lithospermum majus erectum, *C. B. Pin.* 258. *Tourn. Inst.* 137. *Boerb. Ind. A.* 190. Lithospermum minus, *Ger.* 486. *Emac.* 609. *Mer. Pin.* 73. Lithospermum vulgare minus, *Park. Theat.* 432. Lithospermum erectum vulgare majus, flore ochroleuco (rectius albo) *Hist. Oxon.* iii. 446. **Gromwell.** In agrorum marginibus, & viis publicis. Maio & Junio floret. *Ufu.* Herba, Semen. Semina sunt rotunda, glabra, splendentia, cinerea, lapidea, saporis farinacei. *Vires.* Calculum expellit, Renes abstergit, urinam ciet, partum pellit, *Schrod.*

IX. De Symphyto.

Floribus cylindraceis pendulis, seminibus ad singulos flores quaternis lucidis ab aliis differt, R. Synop. p. 77.

A. Symphytum, Consolida major, *Offic. C. B. Pin.* 258. *Tourn. Inst.* 138. *Hist. Oxon.* iii. 444. *Boerb. Ind. A.* 195. Symphytum magnum, *J. B. iii.* 593. *Raii Synop.* iii. 230. Symphytum majus, *Chab.* 518. Symphytum majus vulgare, *Park. Theat.* 523. Consolida major, *Ger.* 660. *Emac.* 806. *Raii Hist.* i. 505. *Mer. Pin.* 28. Consolida major sive Symphytum majus, *Merc. Bot.* i. 30. *Phyt. Brit.* 30. **Comfrey.** In aquosis ad rivos & fossas. Maio floret. Reperitur cum flore albo & purpureo. *Ufu.* Radix, Herba, Flores. Radix est oblonga, furculosa, crassa, extus nigra, intus alba, saporis subdulcis, mucilaginosi. *Vires.* Vulnerarium est celeberrimum: Fluxum alvi vulnerumque sanguinem sistit, & fracturas Ossium consolidat, dolorem Podagræ & Ischiadicum lenit.

X. De Cerinthe.

Semina in hoc genere unicuique flori bina succedunt lævia, per maturitatem nigra, quo à reliquis omnibus hujus generis differt, R. H. p. 506.

A. Cerinthe, *Offic. Cerinthe major, Ger.* 431. *Emac.* 538. *Raii Hist.* i. 506. Cerinthe major flore luteo & rubro, *Park. Theat.* 520. Cerinthe quorundam major, versicolore flore, *J. B. iii.* 602. *Tourn. Inst.* 80. *Boerb. Ind. A.* 195. Cerynthe veteribus, Cerinthe quorundam, *Chab.* 520. Cerinthe, seu Cynoglossum montanum majus, *C. B. Pin.* 258. *Hist. Oxon.* iii. 445. **Honey-wort.** In hortis curiosorum reperitur. Vere floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* De viribus nil certi traditur.

SECTIO